



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &  
Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

5. Acherontici Protei, versipelles Iudi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45686**

su collocavit. In multis alijs fodinis auri, visuntur tripalmates masculi versicoloribus tunicis vestiti, qui velut Gryphes id metallum custodiunt; neque rarò de vicinia audiuntur tanquã malleatores rumpem exundentes. Ita neque vllarum pecudum, neque vllorum homulorum forma tam est vilis, in quam gigantes isti non intrent; in muscas, in fornicas; in omnes figuras.

Quia enim admodum rarum est damnatorum animas, vel ad breue tempus, ex Orco emitti, dæmones earum vice funguntur, in hominibus diuexandis, camq; in rem varios vultus mentiuntur. Quod credibile est Athenis Athenodoro cõtigisse de quo memoravi. Clariùs tamen euenit Corinthi in domo Eubatidæ, vt memorat ipse Pythagoricus Arignotus. Inhabitabilis illa erat domus, propter terricula. Quod si quis inhabitasset, expanse factus subito fugiebat. Deciderat ergo iam, tellusq; rumpebatur. Nullus erat, qui ingredi auderet. Arignotus hac audiens, incantationibus & carminibus armatus, domum ingreditur, Umbram, si appareat, domo exacturus. Dum tacitus in vastissimo atrio sedens, ad lumen legit, adest demon squalidus, hirsutus, & tenebris nigrior: tentatq; si qua ratione terreat, & expugnet: & nunc in canem, nunc in taurum, nunc in leonem se vertit. Nihil his omnibus commouetur Arignotus; sed assumpto carmine, in quendam domicily tenebrosum angulum, Spiritum cõpulsit, vbi mox ille disparuit. Manè sumtis lignibus insit effodi locum, vbi Spiritum se condentem noctu obseruarat. Inuenitur cadauer hominis defuncti, quod exhumatum, vbi sepultura fuit traditum, omnis infestatio domum reliquit. Vides varias figuras dæmonis potestatem habentis ibi, vbi cadauera sunt suorum? Quanquam etiam in pœnam eorum, id permittere diuina Nemesis potuit, qui fortasse inibi locorum innocentem occiderunt; ac ne facinus erumperet, in eadem domo clam sepeliuerunt. Vides dæmonem canem? vides taurum? vides eum, qui circuit tanquam leo rugiens quærens quem deuoret?

Vis etiam videre draconem? Audiit eum saltem allegoricè describi Iob, quem expertus est verberantem. Ecce Behe-

moth, quem fecit tecum, fannus quasi bos comedet: fortitudo eius

LIII 3

ialum.

V.

Apud Lucian.  
in Philopseu-  
dc.

VI.

Iob. 40. 4<sup>th</sup>